pulata. Nec enim lactis corruptum complexioneum. Quinta conditio sumitur a substantia qualitate et quantitate lactis. Debet enim esse substantie mediocris: non minus fluidum nec nimis grossum et caseatum: nec diversarum partium nec spumosum. Et quae substantia experitur: in legendis ex eo guttam super vnguem. Nam si fluat est subtile: et si non: est grossum et spissum. Et scias quod lac temperate substantie habet partes caseatas evaqueas equales. Experientis igitur cum in ampula ponitur: et parum mirre super ipsum proiecitur et digito permisceatur. Per hoc enim scitur aquositas ipsius et caseitatis quantitas que debent esse equales in lacte. Amplius quantitas lactis debet esse sufficiens ad infantis nutritionem. Amplius color lacis debet attinere albedinem sapor dulcedini. Non enim in lacte debet esse amaritudo: salsedo: nec acredo: nec color viridis. Amplius nutritio non debet esse somniferans: nec grauis somnit. Nam propter hoc multe nutrices dimiserunt infantes fame deficere: et eosdem lactando suffocauerunt obdormientes super eos. Amplius multum considerandum est quod lac nutricis non sit antiquum nec nimis partum propinquum. Sit igitur duorum mensium: vel mensis cum dissimilatio ab hora partus. Et sit partus naturalis et masculus et sit mulier que abortire non consuevit. Amplius considerandum quod nutritio sit complexioneis proportionalis infantis quem debet nutrit: et specialiter sit infra latitudinem temperate complexioneis vel prope. Quod si infans forte colericus sit non est malum quod nutritio sit fleumatica vel quod eius regimen sit declinans ad fleumaticum. Scimus enim ex supradictis quod regimen melius complexionum lapsarum debet esse per contraria et non per similia. Et si forsitan lac nutritis fuerit grossum et malo odoris: melius est ut non detur nisi postquam multum fuerit in aere moxam fecerit. Et si fuerit rebementis caloris non detur aliquo modo scium. Amplius si lac fuerit grossum: convenienter est ut subtiliantibus: puta oxymel le diureticum decoctione origani montant: ysopt. epithimum et similium. Amplius in cibis utatur croco: et utatur exercitio moderato. Et si forsitan mulier fuerit calida complexioneis: dabitur ei in potu oxymel simplex cum vino subtili simul siue separatis. Et si forsitan lac nutritis fuerit subtilius quod oportet: definat ab exercitio: et cibis utrak in grossantibus sanguinem et precipiat ei ut dum dormiat et utatur vino dulci grosso et robusto: nisi fuerit quod prohibeat. Interdum contingit quod in mamillis nutritis est nimis lactis exuberantia: ex qua contingit lac in mamillis corrupti. Huius autem accidenti remediatur ex yisu eorum que pauci sunt nutrimenti et ieiunio: exercitio: balneo et vigilia: et similibus: et emplastro mamillis et pectori apposito et cimino et acetato: aut lentinibus coctis in acetato: aut fabis aut luto abluto cum acetato: et per potum rei falsae et comeditione mente. Et ad idem valet mucillago psilij epithimata cum acetato. Amplius scias quod ruta et ozymum gario filatum epithimata: et interius sumpta lac minorant. Et similiter ex armoniaco et acetato: vel ex armoniaco et vino. Et ad idem etiam valet epithima ex radice caulinum. Amplius fiat linimentum ex mucillagine fenugreci: lacca: et litargyro et oleo rosafo. Amplius scias quod cancer marinus et fluoritis contritus et epithimatus habet priorem in isto: et forte interius sumpus. Et similiter si timeamus caseationem lactis in mamillis: linimentum cum oleo de menta et de viola sarracenica: et hoc cum mammillarum complexio declinat ad frigidum. Et si ad calidum: quod satis potest tactu discerni: epithimatur mamille cum mucillaginis frigidis: et oleis frigidis: et succis frigidis notis. Et scias quod acetum vini cum oleo rosarium conqualatum et califacit: linimentum super mammillas est de resoluentibus caseationem calidam. Et ex phribetibus caseationem frigidam est epithimatio cum aqua decoctionis feniculi et balsamite et aneri: et fenugreci et similium. Et similiter epithima ex oleo de lilio et nastricio camomilla et costo: valet ad idem. Et quia hoc ingreditur regimen curativum triplex.

## Secunda

seo. Inter dum autem nutritrix non habet lac sufficientis quantitatis pro nutrimento infantis: cuius causa potest esse penuria nutrienti vel malitia complexionis in toto corpore: vel mamillarum caliditas vel frigiditas: vel debilitas attractive mamillarum. Quod si penuria nutrienti sit causa nutritur iure facto ex ordeo: et frumento: leguminibus. Injuriis quoque ipsius et cibis ponende sunt radices fentuli et semen eius anetum et nigella. Quidam autem dixerunt quod comedere vbera ouium et caprarum cum lacte quod continent valde est iniuriam propter hoc quod in eis existit de similitudine aut propter proprietatem que in eis est. Amplius scias quod drag. s. vermium terrenorum siccorum in aqua orde continue sumpta multis diebus valet ad lactic multiplicationem. Et similiter elixatura capitum: piscium salsatorum valet ad idem sepe potata: et si elixatura in aqua antea. Hic improbat opinionem auicennae et notat rationem commentatoris probando quod generatur ex semine et sine semine differunt specie sic quod ager est diversus et recipies diversum et sic receptu erit diversus. Sed dices statim eadem causa materie effectus erit idem numero hunc est statim eadem mensuram in ateria equie disposita. Sed sic non est quia tempus raptum transire non reuertitur idem numero. Amplius ad idem valet butirum et sisam: et valet decoctio raphani in vino. Amplius mamille liniantur ex stercore sturdorum cum lacte astine et oleo more emplastrum: et lac prouocabitur. Etiam fricare mamillas blandis manibus lac multiplicatur. Et si in mamillis videatur abundare calor: nutritur ordeo et spinachis: et similibus declinatis ad frigiditatem. et si eis videatur dominaria frigus sit eius nutritius subtile ad caliditatem declinans. Et ad hoc conseruent semen bauciarum: et ipsummet baucie. Etiam scias quod approximatior ventosarum sub mammis absq; scarificatione multa compresione augmentum mamillarum caliditatem: et attrahit materiam lactis ad mamillas. Quod si fosca velutina rectificare odores lactis ex eo quod sit odoris malitabundus in potu vini boni odoris: et sibi nutritius cum cibis boni savoris et delectabilis odoris. Euitare debet nutritrix ea quod sanguinem permiscant mestruum: et lactis odorem corrumpant: et ipsius minuit quantitatem. Debet igit; euitare coctum quantum potest: et ebrietatem: et satietatem naufragiata: et exercitium et balneum immoderatum: et similiter ira tristitia vigiliam et genera acrumen. Et vntuerit saliter omnia quod sanguinem conturbant et consumunt: et malum humor generat. Quos modo autem mamillarum magnitudo valeat impedire: et earum magnitudo debita procurari sufficienter haberi pot est supradictis capitulis: de regulis et regiminiis sanitatis ex parte habitudinis.

### De voto suis.

### Mestrurum p/ uocatio.

**D**e matricis autem conseruatione et debita mestruorum prouocatione: quod sanitas patet ex dictis superioribus in isto capitulo: propterea avolo breuis praeside. Scendum igitur quod menstrua tēpata in q̄litate et quantitate in tempore suo currentia secundum consuetudinem naturalem in omni spacio: sunt cause sanitatis mulierū: et mēdificatiōis corporis earum ab oī nocimēto in quantitate et q̄litate: et faciunt ipsas acquirere castitatem et paucitatem desiderij. Et mensura equalis mestruorum est ut menstruerit mulier in omni mense usq; ad triginta dies. Et est diligenter notandum quod menstrua natura aliter fluunt in qualibet lunatione semel: et si fluerint plus vel minus: non est ex toto secundum naturam. In quibusdam autem fluunt in prima quadra: puta in pueris: et in quibusdam in secunda: puta in iuvenibus: et in quibusdam in tercia: puta preceptoribus: et in quibusdam in quarta: puta senioribus. Et incipiunt menstrua fluere in mulieribus communiter post decimum quartum annum: quibusdam citius: quibusdam tardius: secundum diuerstatem complexionis et habitudinis et similiter regionum et similium. Et communiter durant usq; ad quinquagesimum annum. Et in quibusdam non durat ultra tricesimum quintum: et in quibusdam solum usq; ad quadragesimum annum. Quedam

em mulieres sunt ita male complexione qd non pnt usq ad quinquagesimum annus  
pueris: et in talibus menstrua cito naturaliter desiccare consueuerunt. Qn autem  
menstrua alterantur a dispositione propria naturali sunt causa debilitatis mulierum et altera  
rationis forme: et paucitatis conceptionis aborsus et debilitas fetus. Multum igitur  
solicitari de medicis qd mestrina non alterentur a dispositio pria naturali. Quae  
autem sit dispositio menstruarum naturalium et propria: scitur ex colore et substantia eorum.  
Et diversificantur secundum diversitatem complexionis: habitudinis: regionis: etatis et  
regimini. Et hoc potest experientia disci: puta videnti coloris et substantiae mens  
struarum diversarum mulierum in complexione: etate: habitudine et sic de aliis. Sed qd  
hoc non pertinet ad sensus opus transeo. Sufficit autem ad sensus scire qd si menstrua al  
terentur a dispositione propria naturali: siue talis alteratio sit ex mala dispositione  
totius vel matris: sunt causa documentorum supradictorum. Studendum igitur est qd sint  
in propria naturali dispositione conseruando vel reducendo si non fuerint. Qd quo  
fieri potest: sufficiens haberi potest ex supradictis capitulis sumptis ex diversita  
te complexionis: etatis et habitudinis: et ex his que superius in hoc capitulo dicta  
sunt de his qd matricem confortant. In hoc igitur terminatur regimur sanitatis appropria  
tum sexus feminino: et consequens secunda pars busius tractatus.

**Tertia pars.** Capitulum primum de regulis sumptis ex  
parte elementorum nostro corpori occurrentium ab extra.

**E**n dy esse terra cuius habitatio eligitur lutofa nec cenosa nec fetida:  
nec limosa: nec super quam virtus metalli sit superans: nec sulphurea:  
nec aluminosa: nec in qua sint vel fuerint mortuorum cadaveria: nec ma  
litis herbis aut arboribus secundata sed bonis: puta vineis salicibus ar  
bore pinii et similibus amicabilibus nostris corporibus. Sunt enim que  
dam plantae que multum inimicantur nobis: sicut experientia docet de arbore nucis  
et de aliis multis arboribus: ut persicor populo arbores sambuco et ficum. Terre signatur  
secundate his arboribus non sunt bone habitationes. Et similiter intelligat de  
herbis. Sunt enim quedam venenosae herbe quibus terra secundata non est conueniens  
habitationi ut est elleborus: esula solatrum mortale et similia. Et per opposi  
tum secundata bonis herbis et odoriferis est convenientia habitacioni nostre. Amplius  
non debet esse terra cauemosa inter montes inclusa nec nimis montosa. Et terra  
melioris habitacionis: debet esse dislocata et ab oriente et a septentrione. Nam illi  
duo venti sunt magis purificantes aerem illitus habitacionis. Unde in mansioni  
bus bonum est fenestras esse septentrionales et orientales: non meridionales nec occi  
dentes. Et hoc verum est regulariter: sed interdum contingit per accidens ven  
tum septentrionale esse deteriore meridionali. Possibile enim est qd ventus trahat  
per aliquam partem septentrionis iussibus occupatam vel adustam vel minero  
sam: vel lutosam: vel corruptam aliquo modo: corruptionis supradictorum: et sic  
tus septentrionalis erit impurior et minus eligibilis. Et similiter intelligat de par  
te orientis. Bonum est igitur interdum per accidens fenestras habitabilis terre seu sp  
racula esse a parte meridiei vel occidentis: quis regulariter contrarium sit eligibile.  
Uicinitas quoque aquarum dulcium currentium multarum et mundarum: qd in hy  
eme citro infrigidantur et in estate citro calefiantur. Et similiter pratorum viridiis: non  
umbrosarum multis arboribus: est res conueniens habitacioni et adiutorii pueris.  
Propinquitas autem marium facit terram habitabilem esse multe humiditatis  
vnde talis terra est multum reumatica. Sed in partibus septentrionalibus talis p  
inquitas est habitacioni conuenientior. Nam ex hoc terra sit temperata in actione  
qualitatibus. Missi enim esset maris propinquitas nimis declinaret ad frigus pro  
pter solis distantiam a capitibus eorum nec esset magnus lapsus in humido: eo qd  
illa terra declinat ad siccum plus alijs terris habitabilibus. Unde ex marium pro-

## Tertia

plinquitate non est tantus excessus in humido: sicut in partibus meridiem. Unū maris propinquitas in partibus meridiem est minus habitationi conueniens. Illā ex hoc terra calidior efficitur et humidior quod oportet: et disponens corpora ad egreditudines putridas. Similiter propinquitas maris ex parte orientis terram habitabilem humidiorum facit quod ex parte occidentis: et ideo magis est vituperabilis in sanitatis regimine quod in partibus occidentis. In partibus enim occidentis est tanta humiditas in aere continente ex maris vicinitate: sicut bene scitur ex principijs naturalis philosophie. Et similiter in partibus orientalibus et occidentalibus eorum qui non sunt nimis septentrionales: vituperabilis est marium propinquitas. Et propinquitas ad aquas dulces claras currentes que in estate cito calefiunt et in hyeme cito infrigidantur est eligibilior.

### De aqua.

**E**t non solum cadit electio in terra habitabili sed in aqua potabilis: qua pluribus modis utimur in regime sanitatis: puta bibendo: balneando: et in eadem cibaria decoquendo. Debemus igitur primo considerare quod aquae origo sit in terra laudabili non fetida nec minerali. Amplius considerandum est quod non sint aquae stantes cutusmodi sunt lacunales: puteales: stagnales: sed fontales et currentes per terram arenosam vel lutosam vel liberos: non ferido: non corrupti. Et sunt occurrentes ad orientem vel septentrionem: et proprie ad orientem est iustum. Atque autem currentes ad meridiem et occidentem male sunt. Etiam aquae eligibiliores sunt: cum multum distant a principio originis. Et debent esse soli et ventis discoperte. Et debent esse sapore quasi dulces: ex quibus vinum parum tolerat que cito calefiunt et infrigidantur leues: clare et subtiles: in quibus post moram parum vel nihil resideret. Morandum etiam quod pondus est ex iuuantibus experimentis ad cognoscendus aquae bonitatem. Aqua enim que est leuior ut in pluribus est melior. Et scitur ut si in aquis duo panni eiusdem ponderis madefacti et post ficatione fuerint et deinde ponderetur quod aqua cuius panus leuior erit: erit melior. Quod si forsitan non possumus inuenire aquas leues subtiles et claras: sed sine turbide et grosse decoctione et sublimatione eas subtiliter et rectificare. Nam grossities aquae propter frigus insipissans vel propter admixtionem partium terrestrium sub aqua propter earum subtilitatem et aquae spissitudinem descendere non valentum ex decoctione corrigitur: ex eo quod per decoctionem et sublimationem aqua subtilatur et rarefit per frigoris amissionem: et partes terre que pertinet ab aqua descendere non poterant propter aquae spissitudinem et earum paruitatem propter quam erant impotentes siue potentia eorum non erat tantum extensa aquam scindere seu superare propter eius nimiam spissitudinem seu grossitatem et earum paruitatem que ab eis auferri non poterat cum virtus talium illam excedere non possit in aliquo gradu: potentie et ad fundum descendere: per aquae decoctionem ad descensum babilitantur ex eo quod aqua sit raro: et ad scandendum aptior. In aqua igitur pura non habet locum decoctione seu sublimatio si quidem sit pura in substantia per priuationem admixtionis partium terrestrium: et in qualitate per priuationem frigoris insipissantis. Sunt autem stolidi medici qui dicunt aqua per decoctionem in grossari: ex eo quod subtile resolutum et euaporat et residuum ingrossatur. Unde appareat quod aquae pluviales subtiliores sunt non pluvialibus. Et sic quod rem net post decoctionem erit grossius. Nos igitur dicimus quod vel ipsi supponunt aquae puritate in substantia et qualitate: et sic oportet quod homogeneum sit aliud quod resolutum ei quod remanet: cum tota aqua fuerit homogenea ante decoctionem. Quod autem una pars euapores et alia remanear: continget ex hoc quod una pars aquae est ab igne vel sole magis passa quod alta. Et causa quare una pars magis passa est ab igne vel sole est propinquitas ad agens. Et sic partem quod eorum argumentatio non habet locum in aqua pura et homogenea. Unde:

puto q̄ aqua pluialis si eleuaret ab aqua pura & homogenea: nō esset subtilior q̄ De aqua aqua: a qua eleuatur p̄tum est de p̄ se. Unde bene verum est q̄ dī: q̄ tēpore cuapo pluiali rationis est subtilior: seu acutior eo q̄ subtilitata est a calido: sed postq̄ infrigidata & inspissata est: est eque subtilis & forte minus subtilis: eo q̄ magis patitur a frigido ppter subtilitatē accidentalē quā acquisiuita calido eleuāte. Sed nota q̄ aq̄ plu uiales regulariter sunt subtiliores ex eo q̄ non eleuantur ab aquis puris: sed ppter eaꝝ subtilitatem sunt putrefacibiles magis. Unde si dubitamus de eaꝝ putrefactione: laudo q̄ decoquamus eas. Nam decoction obuiat putrefactioni. Si aut̄ ipsi arguant de aqua non pura sive maculata in substantia p̄ admixtionem partiuꝝ terrestrium: sic q̄ non v̄z eoꝝ argumentatio: eo q̄ partes terrestres post decoctionē nō remanent cū aqua sed descendunt. Et si remanerent vtq̄ esset substantia eius grossior q̄ ante: ex eo q̄ minus esset de aqua q̄ ante: & partes terrestres nō essent dimi nute. Unū si ex partibus terrestribus & aqueis fieret vñū mixtū indissolubile p̄ decoctionem: sicut p̄t in vino & in multis alijs liquoribus q̄ liquorcs p̄ decoctionem inspissantur vtq̄ aqua per decoctionem. Sed non ita accidit aque q̄ talium partiuꝝ terrestrium admixtio p̄ decoctionem descendit p̄ modū superius dictū. Plus igitur facit decoction ad aque subtilitatem p̄ descensum partium terrestrium q̄ possit face re ad grossitatem p̄ subtilis evaporationem. Et si eoꝝ argumentatio sit in aqua inspissata a frigore in qua non sit admixtio partium terrestrium p̄t q̄ argumentatio non procedit. Nam qd̄ resolutur homogeneum est ei qd̄ remaner post evaporationē nisi qd̄ subtilitatum est p̄ frigoris ammitionē. Amplius sc̄dū q̄ admixtio aceti cū aqua rectificat ipsius grossitatem. Amplius sc̄ias q̄ fortis aque cōmorio de vase in vas: & deinde pectio lapilloꝝ paruoꝝ in eandem aquam ab alto cadentium: aqua grossam rectificant & subtiliant. Amplius sc̄ias q̄ aqua vehementer frigida: cuius modi est aqua glacie: & iuuium cōplexione temperatis non est conueniens: sed dī esse aqua in frigiditatis fortitudine tēperata. Aquas enīebemēter frigidas: aut ve hemēter infrigidatas: nō tolerat nisi vehementer sanguineus. Et si forsan non illūc nocūmētū fecerit cum quis magis processerit nocūmētū facit. Sc̄ias q̄ bibere aquā fetuño stomachoꝝ: & post exercitiū & balneū: & in ebrija crapulatiꝝ: & in siti mēdosa: et cū natura circa nutritiū laborat in digerēdo vebemēter nocuū est. Et si multa ne cessitas fuerit bibere eā: oportebit vt prius temperetur: et cū eadem sepe os abluitur. Et si hoc non sufficit cū vase bibat stricti orifici: et hoc quidē ebrio cōfert: et stomacho tetumo. Et si forsan aliquis fetuño post exercitiū a potu abstinerē nō potest bibat vinum cum aqua calida tēperatum. Amplius sicutim habēs mēdosa aquam gurgitādo nō bibat: sed paulatim suggesto. Et siti quidē mendosa impeditus: sc̄re debet q̄ superdormire et sitiū tolerare ipsam sedat: ex eo q̄ humor eā faciens di geritur & corrigit: sed cū digestio impeditur propter potū: redibit sitiū mēdosa. Nā humor sicutim faciens non corrigitur nec digeritur. Amplius sc̄ias q̄ bibere multam aquam frigidam non competit in regimine sanitatis: q̄ si forsan sit necessarium: sit post sufficientem comeditionē. Aqua tepida nauseam facit: s̄ calida stomachū debilitat: sed raro sumpta stomachū lauat: & vētrē laxat. Amplius sc̄ias q̄ aqua frigida cōfortat oēs virtutes in suis operationibus: quādo sumit cū equalitate. s. digestiū: attractiū: retentiū: et expulsiū. Et confert habētibus raritatē & cursum: quicūq̄ cursus sit: & ex quo cūq̄ mēbro: sed nocet neruis & habētibus opilationes & apostemata. Amplius sc̄ias q̄ aque ferre cōfortat oīa viscera: & addūt in coitū. Unde cōfert spleneticis epateis: & stomatichis: & vniuersaliter habētibus viscera debilita.

## De aere.

**A**mplius cadit electio in aere nos circum dante sicut et in aqua: & in habētabili terra. Aer eſſi est: necessarius in regimine sanitatis dupliciter. Primo quidē propter refrigerationē spiritū & calorū innati. Secundo propter

Alī mīc  
ta cū ace  
to.

Aqua bī  
bita sto  
macho ie  
iuno no/  
cer.

Sitismē  
dosa.  
Aqua fr  
gida mul  
ta nō con  
uenit i re  
sanitatē.

## Tertia

expulsionem fumosarum superfluitatum obnubilantium spiritum et calorem suum. Sicut enim in exterioribus nos videmus quod ignis sine eventatione aeris susseatur et extinguitur: sic etiam imaginari debemus quod spiritus et calor innatus indiget aere ipsum nutritum: conseruante: et obtinerante. Multum igitur caloris innatus fit per aeris attractionem: et eius deputatio fit per aeris expulsionem. Primum quidem fit per motum attractionis: qui dyastoles nominatur: et secundum per motum expulsionis: qui fistoles dicitur a sapientibus. Si igitur aer attractus fit fetidus et impurus: corruptus calor et spiritus innatus. Multum igitur debet medicus sollicitari circa aerem in sanitatis regimine. Aer igitur debet esse bone substantie: cui non admiscetur aliquid ex vaporibus: nec fumositas extranea. Non enim debet esse aer turbidus: nec nebulosus: nec malis vaporibus admixtus. Hic enim aer humores conturbat: et animam contristat. Et debet esse discooperitus celo: et non inter partes et tecta constrictus. Et ut sit adynum dicere omnino euitari debet aer qui sit inclusus non euentatus. Unde verum est quod tempore epidemice in quo accidit aeris putrefactio: communis est eligendus aer inclusus. Unde tempore illo bonum est imbarbitare solaria: sed alter aer discooperitus melius existit. Considerandum est quod cum aere non misceantur vapores lacuum et profunditatem aquam putridam continentium: et terrarum que non sunt libere sed late: de quibus supra dictum est. Et vniuersaliter locorum ubi nascentur olera qualia sunt caules: et eruca: et similia: et arbores viscos male: cuiusmodi sunt ficus et nucos. Aer enim cui tales permiscentur vapores est euitandus in regimine sanitatis. Amplius eligendus est aer in quo sufficiunt boni venti: et ex terra alta vel equali. Amplius multum debemus sollicitari quod aer non exceedat in aliqua primarum qualitatibus: quod si forsitan contigerit obtemperetur per artem quantum possibile est. Amplius aer ex parte sue complexionis diversificatur: quando si calidus fuerit dissolutus virtutem et corpus laxat. Sed si caliditas fuerit temperata trahit sanguinem ad exteriorum: unde colorem rubificat: et si multum calidus fuerit aer citrinat colorem multum sudore facit. diminuit virnam: digestionem debilitat. Aer frigidus est contrarius: ventrem constringit: digestionem fortificat: virnas efficit multam: sudorem diminuit et egestationem. Aer humidus cum lenit et corpus humectat. Siccus cutem desiccat et corpus denigrat. Nota quod saturnus est prima stella erratica et gratia sue influentie dat anime virtutem discernendi et ratiocinandi: et de saturnus quasi satur in aruis per contrarium. Unde cum sit frigidissimus et siccus influit corporis ipso regnante. Sed iupiter influit magnanimitatem. Unde iupiter fuit quidam vir qui expulit patrem suum a regno suo: et de quasi iuuans patrem: per contrarium et illud attributum est vni planete qui magnanimus est per influentiam ita quod puer natus eo regnante sit magnanimus propter constellaciones elementorum.

De igne.

Electio lignorum.

De carbobus.

**A**mplius cadit electio in igne quo plurimis utimur modis in sanitatis regimine nos: puta calefaciendo et cibaria decoquendo. Multum igitur considerare debemus in sanitatis regimine ex qua materia sit ignis quoti mur. Non enim de sape naturam aliquorum venenosorum aut metallerorum nec deesse materiam ex terra fetida corrupta nec limosa nec cenosa. Nec materia deesse putrida vel corrupta: nec deesse materia male qualitatis vel complexionis. Unde debent euitari ligna ex arboribus male complexionis: ut fucus: nubes: et sambucus et filces. Et sibi omnia ligna crescentia in terra corrupta: et ligna ex antiquitate corrupta. Et euitari debent carbones marini. Nam ignis talium carbonum facit cadere in pessimas egredientes: sapit enim naturam venenam. Et sibi euitandus est ignis ex carbonibus lignorum quibus homines cocti utuntur: ex eo quod mala qualitas lignorum ex quibus sunt producti carbones que cum fumo exhalare debuissent per violentiam remanserit in eisdem inclusa que postea cum incenduntur sine flamma ad actum reducitur: et corporibus nos

stris infert notabile nōcumentum. Unū multum cauere debent magni dñi quibꝫ est cura de sanitatis cūtodia qꝫ eorum cibaria talibus carbonibus non decoquantur: & vniuersaliter qꝫ eoz calor non appropinquet suis corporibꝫ. Ignes autem arborum siccārū & terre libere satis approbor ignes lignoz laudabilium non viriditꝫ & vlt ignem lignoz p̄bſentum flāmam clārā & sine fumo. Ignem aut̄ inclusum nō euentatum vitupero. Item laudo qꝫ ignis appropinquet nostris corporibꝫ p̄ meſtū & non immediate: qꝫ nūmis corpora nostra desiccari. Item magis laudo ignē a parte posteriori qꝫ anteriori. Item laudo qꝫ aliquis & immediate post cibū multis non calesciat se. Nam ex hoc debilitatur digestio. Item vitupero ignem stupbarū qꝫ color est inclusus non euentatus.

### Capitulum secundum de exercitio.

**T**estificati sunt sapientes qꝫ exercitium temperatum & equale ante cibis sanitatem causat & conseruat & immediate post cibum sanitatem impeſiat. Exercitium enim ante cibum calorem naturalem fortificat: & ex hoc appetitus in stomacho vigoratur: & membra copiosius recipiunt alimentum et alimento p̄ membra perfectius diffunditur: & pori aperuntur: & ex hoc superfluitas tertiæ digestiones liberius expelluntur. Item per exercitium in eo qui exercitari consuevit prouent durties quedam organoz: ex qua difficilius patiuntur & redduntur fortiora ad ceteras actiones. Item per exercitium motus spiritalium vigoratur: ex quo superfluitates euacuari & per poros humores liberius expurgari est necessarium. Exercitium igitur moderatum non permittit humores nec eorum superfluitates in corpore adunari: quibus in corporibꝫ multiplicatis in digemus pharmaclia vel flebotomia que quicquid purgent corpus: tñ corpus inueterat. Et specialiter gat & in medicina laxativa: que ut plurimum in se h̄z naturam veneni. Et non solum euacuat noctuum: sed magnam partem caloriz & spiritus qui sunt fundamenta vite nostre. Bene igitur pot̄ dici qꝫ exercitium est motus voluntarius in quo requiritur anbelitus magnus & frequens & velox. Et ad ipsum quidem conuersus per agendum fin modum sue equalitatis & in hora sua non indigebit aliquo medicamentoz que necessaria sunt in exercitibꝫ materialibus: & in exercitibꝫ que eas sequuntur. Et hoc quidem est ver supposito qꝫ reliquum regimen conueniens sit & erectū. Non igitur meretur dici exercitium nisi ex eo prouenant in anbelitu magnitudo & frequētia. Hoc enim est signum fortitudinis caloriz innat: ex quo contingunt plura iuuantoz supradictoz. Non est igitur negligendū exercitium volentibus sanitatem & seruare. Bonum est igitur ipsi vsus ipsius exercitij admiuentre. Non enim op̄ tpe exercitij multitudinem crudorū & indigestoz humorū seu ciboz fin ventrem seu in vasis contineri. Periculum est enim eos attrahiri ad omnes alias particulas antequam benignifiant: si quidem digestio fit in quiete: & motus specialiter fortis impedit digestione. Et vniuersaliter dico qꝫ corporibꝫ valde repletis: siue sit repletio ex humoribꝫ laudabilibus vel noctuis non coepit exercitium. Nam exercitium non est sufficiens ad corpora euacuandum talium corporoz plenitudinem. Unde solum humores comouet eos: et turbat, ebullire facit ex quo periculum est febres & apostemata & oppilations que ad hoc sequuntur in corporibꝫ generari. Lata igitur corpora ante qꝫ exercitentur: specialiter forti exercitio: coepit flebotomari & pharmacari fin exigentiam humorū peccatum. Amplius qꝫ per exercitium expelluntur superfluitates tertie digestionis que celebratur in membris: & si poros expurgat: & superfluitates existentes in eis euacuat: melius est ante cibaria suscipienda exercitium inchoare: sic quidem qꝫ prior: cibis iam sit in stomacho: epate & venis pfecte digestus: & tam appropinquit tēpus suscipiendo alium cibū. Unde diligenter notandum qꝫ non puto qꝫ exercitium sit necessarium, ppter expulsionem superfluitatum immediate suscepti cibī in stomacho & venis tam elaborati. Nam talis cibus adhuc non est digestus in membris: & per

## Tertia

q̄ns adhuc nō instat t̄ps expulsionū supfluitatū tertie dīgōnis: sed puto q̄ necessaria est, pp̄t expulsionē supfluitatū cibi suscep̄ti aī hunc. Un̄ dico q̄ exercitūz ferōt num qđ fit ante cenam non est, pp̄ter expulsionē supfluitatum cibi suscep̄ti in p̄dīo eiusdem diei: sed cibi suscep̄ti in cena diei p̄cedentis. Etel op̄z dicere q̄ oēs digestōnes essent cōplete: et p̄fecte cibi immediate sumpti anteq̄ inchoaretur exercitū. Qđ videtur mirabile in eo q̄ corpus remaneret sine cibo plus q̄ op̄z: et in corpore cholera multiplicaretur: et corpus cōsumeretur. Sed in isto est materia considerant̄. Hoc est igit̄ verum t̄ps inchoandi exercitū. Qđ si exercites ante humorib⁹ digestis: replebis corporis particulas: et si post cholera in corpore ḡniabis ampliorē. Huius aut̄ temporis cognitio est vrinaz color. Nam aquosus quidē indigestōnes significat seu denotat: et q̄ adhuc non instat t̄ps exercitū inchoandi. Rubeus vero et coloratus silt et sanguineus ex multo t̄pe digestionem fuisse factam significat: et tempus exercitandi seu actualiter agendi p̄cessus. Sed color temperans. Puta rubeus temperate non igneus: significat scđam digestionem fore factam de pp̄inquo: et nō de remoto: et tunc est tempus inchoandi exercitū seu actualem operationē circa illud. Purgande sunt tñ prius supfluitates que sunt in intestinis et in vesica: als em̄ aliquid ex his ad venas corporis trahent pp̄ter fortitudinem caliditatis resoluētis in exercitiis. Scendū pp̄terea q̄ illi qui custodios et subtilius locuti sunt de exercitio docuerunt corpora per fricationem p̄uenientem ad exercitū preparari: et specialiter cum quis intendit ad exercitū fortius. Si enim quis ad fortiores veniret motus anteq̄ molliat totum corpus et supfluitates subtiliter: et poros dilatet q̄ sunt: frictionsbus moderatis et demū supinfusione olei dulcis: p̄iculum est erum̄ pere vasa. Peticulum q̄ est ne supfluitates: impetu spūs mote poros oppilēt. Si vero paulatim p̄ fricationem p̄calefaciens: premolliat quidē solidā: et presubtiliter humida: et poros dilatauerit: periculum nullum est: nec rūpi aliquam vitam: nec poros obstrui eis qui exercitantur. Fricet igit̄ sindone totum corpus: quo usq̄ mode rate calefiat. Sufficiant aut̄ plures manuum cīcūdōtōnes ad hoc vt corpus calefiat absq̄ oppressionē enormi. Et tñ his scientibus appareb̄t rubor bene floridus: bene supcurrentis sup totum corpus: et tunc est tempus supinfundere liquores oleis: et fricare nudis manus: fricatione media inter duriciem et molliciem: sic q̄ corpus non collidatur stringatur vel exoluatur plus debito: sed in sua natura custodiat. Hec aut̄ fricatio que preparat ad exercitū in p̄mīs debet esse in īmissionib⁹ manū leuite: deinde paulatim augeri et ad fortius ducere: et comprimitur quidē caro manifeste autem non constringatur. Hec autem fortis fricatio est quidē nō multo tempore: sed semel vel his in unoquoc̄ membro fienda. Si enim amplius fieret corpus induraretur: et in his qui augmentur augmentum impediretur. Est aut̄ hec fricatio fienda s̄m omnem differentiam positionis longum latum et transuersum quā mensura tum est possibile vt vniuersi musculorum nervi ex omni parte fricentur: et ad exercitū debet. tum parentur: poros scilicet dilatando: et solidā: et spissa rarefaciendo et rara inspissando et molita indurando. Quantitas autem et qualitas et modus circa exercitū in sanitatis regimine offerendus certis literis denotari non possumus: sicut nec quantitas ciboz offerendoz. Nam s̄m diuersitatem complexionum et habitudinum: et etatū regionum: regimīnūz et consuetudinum: aliter et aliter exercitū est mensurandum. Sunt enim quidam indigentes exercitio fortior: maiori vehementi: et velocior: et isti sunt qui vtuntur cibo ampliori: et sunt fortium p̄stutum seu complexionum animantium motiuarum: habentes lacertos et nervos fortes: et iuncturas apras sive conuenientes ad motum: et cum hoc non habent calorem naturalē consumptum nimis fortem. Taliibus inq̄ competit exercitū malus fortius et velocius: et similiter vehementius. Illis autem in quibus deficiunt ali que istarum conditionum enumeratarum non competit exercitū adeo fortius

Quō erit exercitū in omnem differētiam positionis longum latum et transuersum quā mensura tum est possibile vt vniuersi musculorum nervi ex omni parte fricentur: et ad exercitū debet. tum parentur: poros scilicet dilatando: et solidā: et spissa rarefaciendo et rara inspissando et molita indurando. Quantitas autem et qualitas et modus circa exercitū in sanitatis regimine offerendus certis literis denotari non possumus: sicut nec quantitas ciboz offerendoz. Nam s̄m diuersitatem complexionum et habitudinum: et etatū regionum: regimīnūz et consuetudinum: aliter et aliter exercitū est mensurandum. Sunt enim quidam indigentes exercitio fortior: maiori vehementi: et velocior: et isti sunt qui vtuntur cibo ampliori: et sunt fortium p̄stutum seu complexionum animantium motiuarum: habentes lacertos et nervos fortes: et iuncturas apras sive conuenientes ad motum: et cum hoc non habent calorem naturalē consumptum nimis fortem. Taliibus inq̄ competit exercitū malus fortius et velocius: et similiter vehementius. Illis autem in quibus deficiunt ali que istarum conditionum enumeratarum non competit exercitū adeo fortius

te. Clerbigratia. Ponamus q̄ deficitat ultima conditio & q̄ sit homo bñis calorē for Sc̄m de tem acutum multum consumptuum: & tam hoc habeat oēs conditiones priores tā ueritatē lis v̄t̄q̄ nō indiget exercitio adeo magno: nec ita fortē & silt intelligat in alijs cōditio cōplonis n̄bus. Et si sit reperire aliquem in quo oēs conditiones deficiantur & oppositē repe duuersificiantur: sc̄z qui parum comedat & eius animales virtutes motus sint debiles & silt catur res organa ad motum deputata: & cum hoc habeat caliditatem satis consumptiuam ta gimen. liſt̄cū indiget minimo exercitio. Et p extrema potes de medio iudicare quid sit fa ciendum. Quantitatē igitur exercitij offerendū similiter & qualitatē sola ratione cognoscere experientia p̄missa multum difficilest. In experientia igitur consideremus quō se habeat exercitatus in prima die & sc̄da & sic deinceps. Optima enim natura mensuras oīm offerendoꝝ manifeste adepta est. Tantum em̄ appetit exercitium & taliter quantum & qualiter eidem est opportunum. Et similiter intelligatur circa cibos & somnum: & sic de alijs que nostris corporibus offeruntur ppter regimē sanitatis. Quod v̄t̄q̄ verum est supposita bonitate morum. Nam ppter malicieꝝ consuetudinis & moꝝ natura temperata potest appetere quid quale & quantuꝝ qd eidem non est conueniens. Sed lapsi multum mensuras exercitioꝝ & ciborum mini me naturaliter sunt adepti. Quidam enī appetunt plus exercitari quā oporteat & quidam minus. Sunt enim quidaꝝ naturaliter phlegmatici & i. quōꝝ corporibus frigidū humores & qui frigore recenti sunt congelati & ociosi effecti sunt. N̄i cīm ap̄ petunt minime moueri & exercitari sed sunt somnolenti & ad oīum naturalē inclina ti: & tales exercitando non debent insequit naturalem appetitum. Sunt etiam quidaꝝ calidiores & humidiores vel naturaliter vel accidentaliter & cū hoc sunt apti ad motum ex membroꝝ lenitate & organoꝝ habilitate. N̄i v̄t̄q̄ plus appetunt exercitius & in eodem plus delectantur q̄ oporteat earum complexionibus. Iste ergo ut imme diate dieti non debent ppter appetitum imitari in mensura exercitij. Nota diuer sitatis est hec causa: quia fīm q̄ virtus celestis inuenit materiam dispositam: sic operatur in illam. Quātitas autē exercitij quam litteris possumus describere est quo usq̄ homo sudare incipiat: et anhelitus augeri: et color corporis rubescere: et mēbra laſtari incipiunt: et tumor membroꝝ diminuit. His enī apparetib⁹ debet cessari ab exercitio: et eligi debet exercitium temperatum fīm exigentiam illius qui exercitatur: & uniforme: & equale: in quo oīa mēbra exercitātur: & hīmō est exercitū parue pile. Exercitū enī fortī corp⁹ nimis euacuat: & debilitatē inducit: et hoc bñi manife stat in exercitātib⁹ se fortē exercitio. Exercitū autē debile euacuat: dūhō euacuat: nec pōt p tpm cōsumi qd dissolutū est: s̄ exercitū pportionatū pportionabiliiter confundit & dissoluit: et substātiā mēbroꝝ augmentat et corp⁹ ipinguat: & yniuersaliter tēperatum et proportionatum exercitū conseruande sanitatis est mirabilis causa. Et De icas malicia que ppter p̄uationem accidit exercitij manifestatur in incarceratis: quia ceratis. eorum facies cachochimice fiūt: et eorum color est impurus: et omnes operationes eorum sunt lese. Et hoc non solum accidit hominibus: sed ausibus cantatibus sicut volueribus in cauernis detentis. Exercitium autem quod vni est forte et impropositum: alteri est debile: et alteri proportionatum. Huius autem cognitio ab experientia dependet et ratione. Si autē aliquis exercitetur alio modo quā exercitio parue pile pura pedestādo: equitādo vel nauigādo: semper est laborādum q̄ omnia mēbra corporis exercitentur: siquidē in quolibet mēbro est superfluitas tertie digestioꝝ: que per exercitū solet euacuari. Quod si quis exercitetur pedestādo: bonum est interdū inclinari: et lapides mansibus leuare: et interdū projicere: et interdū caput eleuare versus posteriora: et retro respicere. Et interdū membra extendere et anhelitum continere: et musculos ventris aliquantulum extendere. Nam anhelitum retinendo confortatur naturalis calor et pori aperfuntur: et per eosdē superfluitates expelluntur. Debet autem anhelitus retentio esse cum extensione muscu

## Tertia

lorum pectoris: sed extensio muscularum ventris dicitur esse parua. Nam per hanc exten-  
sionem superfluitates pectoris et pulmonis ad membra nutritiva expelluntur: et  
per extensionem muscularum ventris superfluitates venteris infertus expelluntur.  
**Retentio**  
**anbelit.** Sed babentes debilem diafragma caueant a constrictione anbelitus: ne superfluita-  
tes ad cerebrum mittantur: ut bene appareat in his qui multum laborant in sufflā-  
do instrumenta tubarum: in quibus vene instantur in facie: et eorum facies rubetis  
nem ad ipsos intundatur. Modis exercitorum sunt valde multi: quos hic omnes enumera-  
re non oportet. Solum autem hic dicimus generales modos exercitorum: et eorum  
exempla ponemus ex quibus poterunt speciales modi sufficienter intelligi. Dicimus igitur ex primo quod de numero exercitorum quoddam est exercitium solū: quod/  
dam autem exercitium et opus. Exemplum primit: ut ludus parue pise. Exemplum  
secundi: ut fodere: arare et domesticare. Amplius exercitorum quoddam est universaliter  
totū corpus occupans: et aliud est particularē. Exemplū primit: ut ludus parue pise  
et peditare. Exemplū secundi: sicut vor est exercitium pulmonis: et stare super pedes  
est exercitium dorsi: et scribere est exercitium manus et terere pedum pro parte et tib-  
iarum et sic de singulis. Amplius quoddam exercitium est magnum: quoddam par-  
uum: quoddam mediocre. Exemplum primit: ut ambulare longam viam: vel iactari  
longo tempore. Exemplum secundi: ut iactari breui tempore: vel ambulare paruas  
paruam viam et breuem. Exemplum tertij: ut ambulare mediocrem viam: vel ius-  
ctari tempore mediocri. Exercitium magnum est cum macie. Modicōre cum est aug-  
mentationis temperate in carne et calore naturali: sed exercitium paruum aliquan-  
tulum calefacit. Amplius exercitorum aliud est velox aliud tardum: aliud mediocre. Exemplum primit: quando aliquis currat velociter. Exemplum secundi: quando  
aliquis mouetur lente. Exemplum tertii: quoniam aliquis mouetur mediocriter. Exerci-  
tum velox primo calefacit et postea corpora inspissat et indurat: sed tardum corpora  
ra remollit: et poros aperit: mediocre vero corpora in sua natura coheruat. Amplius  
quoddam est exercitium forte: aliud debile: aliud mediocre. Forte dicitur dupliciter. Uno  
modo ex eo quod motus velox coniungitur magnitudini. Uerbigratia. Si quis currat lo-  
gam viam velocissimo cursu: tales tempus dicitur exercitium forte. Et ex hoc patet quid est de-  
bile et mediocre. Et etiam patet ex his que sit operatio exercitij fortis isto modo sum-  
ptuosa et debilis et mediocris. Alter modo dicitur exercitium forte ex resistencia passi: et in tali ex-  
ercitio non cadit velox et tardus. Uerbigratia. Eleutatio magni oneris et similiter ius-  
ctari cum forti bene resistente: et universaliter operari circa materiam per plurimum resistente  
et non bene obedientem est exercitium forte. Non quod in eo coniungatur velocitas magnitu-  
dint: sed ex resistencia materie. Et ex hoc patet quid est exercitium debile et mediocre:  
nam quoniam materia non resistit est debile: et quoniam mediocriter resistit est mediocre. Et opera-  
tiones istorum exercitorum patet ex dictis sufficienter. Et postquam aliquis per modum supra-  
dictum sufficienter fuerit exercitatus frictio fieri debet: nec frictio dicitur esse multa ad  
asperitatē declinās: propter duas causas. Una est ut superfluitates subcutaneae emundetur  
quoniam ab exercitio sunt trahimur. Et alia est ut corpus solidetur: et vapores boni respi-  
neantur: ut ab his quoniam ab extrinseco accidunt non alterentur. Et debet hec frictio simul ac  
velociter fieri: immo si totum corpus simul et semel exalarentur. Et bonum est ut hec fri-  
ctio fiat cum oleo dulci. Et sic patet quod frictio fienda est ante exercitium et post: ad  
diversas intentiones. Unde frictio ante exercitium debet esse mollis et lenta ut du-  
rificem non operetur. Sed illa que fit post debet esse multa et ad asperitatem decli-  
nans. Nec brevia sufficiant.

Fricatio  
post et an-  
te exerci-  
tum.

### Capitulum tertium de fricatione.

**E**st frictio intentione babet in superfluitatum tertium: digestonis evacuatione sicut  
est exercitium. Et similiter in caloribus membrorum confortatione et ad multa alia.  
Unde sermonem de fricatione in precedenti capitulo inchoatum comple-

re volumus in isto breui capitulo. Primo igitur dicemus fricationis utilitates propter quas competere potest in sanitatis regimine. Secundo dicemus fricationis rationes et modos; et species generatrices. Tertio dicemus fricationis dictas in capitulo precedenti preparatis ad exercitium sunt ipsius fricationis plurime aliae utilitates. Est igitur ipsius exercitiu[m]a utilitas communis: puta expulsio superfluitatum tertie digestionis. Unde in his qui exercitari non possunt propter corporis debilitatem vel proprietatem infirmitatem alicuius membra specialis: vel propter incarnationem non est fricatio negligenda. Nam per fricationem materia subtilisatur: post apertum calor in membris confortatur: et sic superfluitates liberius expelluntur. Et per consequens membra perfectius nutritur: et appetitus vigoratur: siquidem natura appetitus incipit a membris tertie digestionis. Amplius sciendum est quod per fricationem membra rara inspissantur: et spissa rarefuntur: et dura mollificantur: et molliia indurantur: et temperata in sua naturalitate conseruantur. Corporibus igitur rarioris competit exercitium: non solum propter expulsionem superfluitatum: et relictus que dicta sunt: sed ut aliqualiter inspissentur: et minus passib[il]ita efficiatur. Et similiter suo modo intelligatur de corporibus spissis: et duris: et molibus. Amplius est alta utilitas fricationis. Nam per eam lassitudine a membris remouetur. Unde hec fricatio est bona post exercitium immoderatum ex qua aliquis incurrit lassitudinem. Amplius fricatio iuvat cum tempus est dormiens: quoniam corpus allentat et humiditates ad iuncturas fluere prohibet. Multum autem sollicitari debemus ne puerorum corpora fricentur cum duricia et asperitate ne forsan ab augmento timideantur. Tempus fricationis que fit propter expulsionem superfluitatum: idem est cum tempore exercitij. Et non loquor de fricatione preparata ad exercitium: sed de fricatione suppleente vices exercitij. Et est diligenter notandum quod secundum diversitatem complexionum et habitudinum: et ceterorum naturalium et non naturalium diversus est usus fricationis: et mensura: et modus: ut superius dictum est de exercitio. Unde considerandum est non solum in ratione: sed etiam in experientia: ut de exercitio est declaratum. De speciebus autem fricationis in generali dicendum est quod sunt sex simplices: novem composite. Sunt enim tres simplices secundum qualitatem: puta multa: pauca: et mediocris: et tres secundum quantitatem: puta aspera: lenis: et mediocris. Ut possint nominari si placet fortis: debilis: et mediocris. Fricatio multa est causa malorum corporis et temperata carnes augmentat temperate: sed paucia in augmentatione operationem non habet: sed aliquantulum calefacit. Operatio fortis et aspera fricationis est obturatio pororum et duricles corporis. Sed debilis et leuis operatio est aperiatio pororum et aperitum corporum remollitio: et media/medium tenet inter eas. Ex his simplicibus autem proueniunt nouem composite. Nam fricatio multa potest componi cum fortis: debili: et mediocris: et sunt tres. Et similiter pauca potest componi cum fortis: debili: et mediocris: et sunt sex cum primis. Et similiter temperata inter paucam et multam potest componi cum debili: fortis: et mediocris inter fortis et debiles: et sunt nouem cum primis. Et quid iste fricationes composite in corporibus operentur: satis haberi potest ex simplicibus. Quae etiam species fricationis: quibus corporibus competant satis haberi potest ex his que dicta sunt de exercitio in capitulo precedenti.

#### Capitulum quartum de balneo.

**D**icitur considerationem exercitij et fricationis sequitur consideratio balneorum. Ex hoc quod balneum membra exteriora lauat a sordide que in superficie membrorum per exercitium forsan est derelicta. Amplius si aliquid sit derelictum sub cute quod per exercitium et fricationem non sit sufficienter resolutum de superfluitatibus tertie digestionis: per balneum resoluatur. Nam balneum resoluunt ea

Lapitu  
lo de morbo.

Species  
frictionis.

## Tertia

sicut ros ut in uicina in quarto can. caplo de ethica. et forte sapientes intellexerunt quod oes iste humiditates sunt formicium caloris naturales: et precipue illa quae in corde et in arteriis et venis est: quae restaurat per se et potum encibium et clarificat per medicamina accepta per hostem humiditas membrorum per medicamina extrinseca sicut minutiores et balneatae. Postquam vidimus de causis senectutis videndum est quod ipsius obuiatio causa de qua obuiatio sapientes duas tradidérunt doctrinas quae una est scientia regimini. Altera scientia est proprietatum quamdam rerum quae antiqui occulauerunt: et quae sit per regimene Auicenna docet in principio. sicut regimini sanitatis dices ars custodiendi sanitatem a duabus rationibus securitatem prebet homines scientia et prohibitorum penitus putrefactio et dissensio et humiditas necesse cito dissoluatur: quod defensione sit per regimene restauratio quod sit in corpore loco eius quod resoluatur secundum quantitatem possibiliter: et per regimene prohibitorum diuinorum carnis siccitatem accelerare facientem exceptis causis quae faciunt siccitatem debere esse. Et aliud sit per regimene custodiendi a generatiōe putrefactio: et ob hoc dicit Auicenna. quod regimene sanitatis facit hec predicta et loquitur per finem. non obsecro: quod quod est partis attributum totum et gerit vicem plaudentium: ut attente intendant oes studentes hanc scientiam regimini: et sic solum regimene sanitatis traditum a sapientibus non facit hoc: sed parvum. Sed una cum regimine istius epistole retardat hoc totum quod supradictum est. Altera doctrina est quod defendit corporum alterari cum usu quarundam medicinarum quas antiqui occulauerunt quas res oes in capitulo regimini istius epistole declarabo. Sed regimene sanitatis sapientum cum regimine istius epule non concordat: quod regimene sapientum docet regere oes estates: sed regimene epule docet regere senes et seniores et decrepitos tamen. Preterea regimene sapientum senium et seniorum est principium: et istius epule est finis et complementum et unus abscissus alio parvum perficit. Nam doctrina regimini sapientum precipit obuiare causas senectutis cum mensuratione sex generum causarum necessariarum quae conservant corpus et mutant et sic iste cause sunt proprie tie sanitatis et infirmitatis quae quoniam administrant in qualitatibus et quantitatibus et usu eorum secundum quod operari cohererunt sanitatem et quoniam non administrantur secundum quod oportet et transirent in illo faciunt accidere exigitudinem quoniam praeuerat transitus et multiplicatio colligere hoc in tegumento. Galen cum expositio de balsamis ubi tractat de regimine sanitatis sed mensuratio harum causarum proprie tie fieri non potest ita quod non excedat ultra vel circa quod sapientes plus perciperunt fieri quod in actu deduci possit: quod intelligentia est operatione subtilior et sic mensuratio completa illarum causarum est impossibilis nisi in corpore meliori: forsan in quo natura mensuratur quod bodirent quod deficiunt in corpore iuxta regimene epule in quo sunt medicinae occultatae ab antiquis de quibus dioscordes loquitur supplet defectum mensuracionis illorum sex generum causarum secundum possibiliter rerum mensuratarum. Quis enim aer infectus a vaporibus putridis delatis a ventis visitabit. Et quis cibum et potum mensurabit et somnum et vigilias et motum et quietem et illa quae fluit et retinentur et accidentia animae quoniam excedant ultra vel circa ita quod corpus non muretur ab his nullus: Necessaria igitur fuit ut antiqui vicerentur medicinis que defendebant corporis alterari ab his causis administratis et secundum mensurationem possibilem supplerent defectum causarum secundum possibiliter mensuratarum. Et ego collegi vestre altitudinem diuinum ex libris sapientum et ex revelatione diuinam regimene istius epistole quod est complementum regimini sapientum usus cuius defectum supplet et defendit naturales humiditatem dissolutum et extraneum augmentari in tempore consistendit et post tempus illud defendit eorum dissolucionem et augmentationem accelerari ex quibus inconditis calor naturalis debilitatur et cuius debilitatione senectus et eius accidentia habent proueniare sed usus istius regimini epistole non prodest negligenteribus doctrinam regimini sanitatis sapientum et precipue in regimine quod deber fieri post tempus eius consistendi. Quare ergo sapientes scripsierunt regimen sanitatis et proprietates rerum que sunt in hac epistola penitus dimiserunt cause sunt multe quarum una est quia magis necessarium fuit quod scientia que non potest scribi absque magni labore et subtiliter ingenio a sapientibus tradideretur quam illa que a legente taliter.

qualib[et] p[ot]est fieri. Preterea regimē sapientum docet regere o[mn]iū etatē: o[mn]iū cōplexionē: & oia membra: p[er] tria insta sensuum occulta: & oē esse bois & oē corpus sanū. Sed regimen ep[ic]lē non docet nisi supplemētum regimini sensum & seniorū qd[am] antiqui non scripserunt sapientes: vñ defendere senem ab accidētibus seniū: & senium ab acciden[t]ibus deceptiōe etatis: qz non inueni sciā pfectā inuentā & cōpletā ab aliquo sapiē te nisi in senectute: vt liber p[ri]ncipis ph[il]osophoꝝ ad alexādrum testatur: qz in illa etate r[ati]o est, valde clara: h[oc] memoria sit aliquātūlū diminuta in nō vidente: sed in q[ui] busdā istaz medicinaz de qbus sum locutus loquitur in ep[ic]la bac in expiencia et vñz: & in qbusdā non: qz non est possib[le] e cuiuslibet boi exprī & vt i[n] rebus oib[us] eo q[ui] tria tradicunt. s. sumptus: & potentia: & fama vulgi: inter q[ui] faciā mentionem de vi rerū sermone occulto q[ui] inter alias res quas in bac ep[ic]la scribā obtinent p[re]cipitū. Qua[r]tū vna iacet in visceribus terre: altera natat in mari: tercīa repit terrā: quarta regetur in aere: quinta assimilatur medicina q[ui] egreditur de minera nobilis aialis. Sexta egreditur de minera aialis longe vite: & ideo sermone occulto de his loquar attendens p[re]ceptum p[ri]ncipis ph[il]osophoꝝ ad alexādrū d[icit]entis: q[ui] oēs occultas p[ri]metates detegit est transgressor q[ui]noꝝ diuine leges. Preterea dubitauit ne ad manū infidelium deuenient qd[am] esset indignū: qz oēs q[ui] q[ui]ntū legem diuinā subiçere sub posse p[ri]metatibus illaz rez q[ui] plātis aialibus lapidibus diuinitus sunt, collate nō debent recipere iuuamentum: sed supradictae res indigent p[ar]atione qdā electione. nā in quacunq[ue] re altissimus deus posuit p[ri]metatem & iuuamentū ibi posuit nouum tūlū in p[ar]artū p[er] custodia: vt in tyro: & elleboro: & auro: vt nullus ex his opatioꝝ nem nobilē & sublimē p[ro]seq[ue]r[er]e possit. Preterea vñbūcūcū altissimus deus posuit p[ri]metam ineffabilem ibi quandā posuit similitudinem: vt q[ui]libet h[oc] clari intellectus suā cognosceret opationem. Nā plurime res faciunt qd[am] ostendunt vel sua forma: vel mate[ri]a vel sua essentia: vel suo colore & durabilitate & corruptiōe. Nā id p[ro]seruat quod diu p[ro]seruat: & id corrūpit qd[am] cito corrupitur & id facit ad cuius similitudinez res q[ui]libet denoiata est & formata: & hoc est qd[am] antiqui occultauerunt: & adhuc nostris tēp[er]ibus est occultatum nisi vir in speculatōne sapientis: et in operatione longo tpe sit expritus. Et nota q[ui] ex qbusdā reb[us] & medicinis p[re]dictis p[ot]est separari virtus a suo corpe vt de oibus medicinis q[ui] sunt ex plātis & aialibus: & ex qbusdā separari non p[ot]est velut de oibus illis q[ui] sunt spissæ substantie vt metallū: & q[ui] sunt de gñe lapidū & corallū: & cincti & filia: & he sunt subtiliter terende in ultimo & p[ro]prie cum voluntas nostra est ut p[ro]uentant ad finem elongationis: vt Aut. in. ii. cañ. de fuditōis quarūdam medicinārum extrinsecus. Sed bec contrito non p[ot]est fieri in metallis nisi p[er] cōbustionem: & hoc est qd[am] credo ait Aut. in. c. de lepra & argento & auro facere in. v. cañ. in confectione de facinto. Sed quidam alij p[re]ceperunt soluere medicinas spissæ substantie: vt Arist[ote]lis, ait testante ysaac in gradibus. c. de margaritis dicens: vidit quosā boies eliz, quas se gemmas de quarum liquore albe morphē lote plene curate sunt. Sed medici camina subtilis substantie ultimo non sunt terenda: vt ad aliam non conuertantur operationem. vt Gal. dixit de cymino testāte Aut. Quedā aut̄ istoz medicaminū sūne laratiua qdā confortatiua. Sed de qbusdā laratiuis p[ot]est separari virtus a corpore & de quibusdā non separatur: vt ab omnibus rebus asperis Aut. dicit in. c. de scabie: q[ui] ipse p[re]cepit in caplo de regulis solutionis ventris & vomitus q[ui] necesse est in quisbusdam regionibus & cōplexionibus ne medicinarum corpora ponderentur. Et virtutes eas p[er] tantum. Et Raf. in. c. de simplicibus laratiuis precipit de m[is]rabolanis facere decoctiones & sirupos in quibus sola virtus solutiōz & confortatiōz remaneat. Et hoc ideo p[re]cipit sapientes vt natura deportet medicamen ad loca longi[ta]di: qua: vt excludat inimicum nature sicut Johannes damascenus p[re]cepit in medicina que facta est cibis: q[ui] earum virtus absq[ue] corpore plus operatur sola q[ui] tuncta cum suo corpore in hac nostra intentione: q[ui] calor naturalis fatigatur in separando vir/

# De regimine

tutem rei a corpore qđ est dix̄ terrestre & eo fatigato debilitus portabit virtutes ad suū sensuum: vt ea possit deoppilare & superflua destruere humiditatem & ad membra quartæ digōnis currere: vt virtute digestiā carnis & cutis p̄ficit ex quibus debilitas p̄ueniunt qđam accidentia senectutis vt p̄t̄ in morpha. Preterea calor naturalis nostrī corporis non est semp̄ potēs in oībus medicinis separare virtutē a corpore suo terrestri. Sed cum virtus sola datur absc̄ corpore calor naturalis non fatur nec virtus medicinae destruitur a digōnibus in deposito eā ad niēbā filiū partium: & insī a sensuum: ita virtus rei suā opationem cōplete calorem naturalem non fatigando: & cum hoc concordat Gal̄ testante ysaac in.c. de lepra dicens nullum vid̄ boiem infectum curatum nisi bibet vinum in quo cecidere vīpa. Et Iohannes damascenus in suis amphorismis oportet ad purgandū intra pulsos humores vt medicina in sūltudinem cibī cōuertratur p̄ ingenum & arbitrium medici. Alius dicit op̄z medicinam que ad tertiam transit digestionem p̄ aude recipiatur & fm quosdam cum reconvertisc̄: sicut est lac & ius gallinarum.

**I** De accidentibus senectutis & senij & eoz causis & signis lesionum sensuum.

**S**enectutis & senij sunt hec: canicies: palliditas: & cutis corrugatio: debilitas h̄tū & virtū: diminutio sanguinis & spūi: lipsitudo oculorum: multitudine muscillaginis: exscreta putridus: debilitas anbelitus: insomnietas: ira & inquietatio animi: lesio instrumentorum sensuum in q̄bus vīr̄. ant malis opatur. Et de omnibus videamus: & ex qua occasione quodlibet accidēs b̄ p̄uenire: notato tñ q̄ quedā ex pdictis accidentibus accidunt in tpe consistendi: quodam sensibus necon p̄dicta oīa in sensibus possunt p̄uenire: sed qñ accidunt in tpe consistendi: tunc p̄dicta accidentia non dicuntur senectutis accidentia: sed infirmitates & remouebunt tanq̄ egritudines q̄ oībus etatibus accidere consueverūt. Et principalis cā omnitum pdictor̄ accidentium est debilitas caloris naturalis que fit duobus modis vt superius dictum est. Canicies contingit ex phlegmate putrido egrediente a stomacho vel a cerebro: vt ysaac dicit & non solum vīdetur hoc accidēs ex solo phlegmate putrido. vt Aucenna in capitulo de complexionibus etatuum: sed hic humor putridus generatur multis modis. Unus est ex vī quarundam rerum que humorē putridum inducentem canicēm generant vt infra inuenies capitulum speciale. Alius est ex debilitate caloris naturalis qui exīt a corpore abundantia frigoris: vt Aristoteles in fine libri de animalibus. Nam calore naturalis debilitato cibis priuatur digestione: & tunc humor putridus inducit hoc accidēs ex h̄ly supra tegni. scilicet vī tractat de regimine sensum. Et quandoq; hoc accidēs contingit in pilis et capillis: et tunc difficile est ad remouendum postq; venit: sed est nimis difficile ad defendendum ne ante tempus veniat. Item dicit Aristoteles in loco supradicto q̄ pilis cooperiti cibis canescunt q̄ discooperti: nam cooperitos p̄hibet ventum et ventus proīcit putrefactionem. Item pilis tympanū canescunt cibis: q̄ posteriorum: quia in parte anteriori cerebri est plus de humiditate ideo cibis putrefit. Et quandoq; prouentis canicies ex infirmitate cutis vt in morpha et barrabas &c. Et tunc accidēs ex debilitate caloris illius membrorum: nam cibis prouenit ad quodlibet membrorum & digeritur a calore naturali illius membris & a virtute digestiā illius membris. Cum ergo ille calor debilitatē corripitur ille cibis & tunc accidēt membro infirmitas & occasio. Item dicit q̄ qñc̄ accidēt q̄ multi infirmantur ppter quam causam pilis canescunt & post infirmitatem revertuntur ad suam dispositionem: cā eius est debilitas naturalis caloris in decoctione cibi & in membro: & qñ sanitas revertitur nigriscunt pilis: & ille erit similiſ ſeni qui maturatus est & factus est iuuentus. Sed Aucenna dicit in quarto de dispositione conualeſcētiū q̄ ideo capilli albescunt: q̄ priuantur nutrimento: eo q̄ exīt & spargitur humiditas in natā que facit nigredinē: sicut accidēt segetib; qñ deficcat̄ albescat̄. Postea qñ por-

sat aqua reddit eorum virtus: et ita quoniam dispositiones bone sunt redditus nigratio: et hoc non potest accidere nisi in etate consitendi. Preterea in unoquoque membro existit virtus naturalis secundum complexionem eius quod conseruit numerum in similitudinem alterius si non bene permaneat. Ex hac diversitate puerit infirmitas in cetero: ut Auctore in s. L. an. de virtutibus naturalibus. Item quoniam curia virtus et membra est debilis corripit naturam et complexionem numerum eius quod in ea penetrat: et in illo nutritum corrupto corripit et conseruit omenum nutritum quod venit ad illam materiam ad naturam suam sicut bona complexio conseruit materiam corruptam ad rectificationem et facit eam convenientem velut narrat. Et testatur Auctore in s. c. morpheo: quod est quedam arbor quae mutatur de venenositate ad comestibilitatem ex transplastatione sicut arbor quae est in persia: cui fructus sunt venenosi cum transplastantur in egypto sunt comestibiles: et si iterum transplastantur in psia redeunt fructus ad venenositatem. Et propter predictam causam fuerunt invenientia medicamina quae ponuntur in exterioribus sicut inunctiones et lanatiodes, et cetera. Nam talia medicamina sunt magis propinqua in curatione exteriorum pueritum ex nocumetis quarte digestiis quod intrinsecus: quod virtus medicinae sumptuosa intrinsecus fragilis quoniam a prima et secunda digestione: quae cum puerit ad quartam operationem est tamen fracta est: ita quod non potest videtur Auctore in s. c. de laetitudine ex se venire: et sic inunctiones confortant virtutem quarte digestiis. Et est verum quod medicamenta exteriora sunt magis propinqua interioribus humoribus purgato vel humoribus non peccant in interioribus. Sed quoniam humor peccat primo de corpore ab humoribus noctu complete purgari: deinde caro et cutis cum pueritate loquitur sudore mutare dicuntur. Tertio virtus membra confortantur: quod nisi virtus membrorum confortaretur: et ad suam naturam reducatur humor regenerabitur: et primum quoniam melancolicus humor est inferum lesiones. Sed ad purgationem humorum corrupti in quarta digestione dixerunt quodammodo quod sola virtus laxativa rurum debeat exhiberis absque suo corpore: quod virtus separata a suo corpore citius ad locum quartae digestionei penetrat quod cum suo corpore sine caloribus naturalis fatigacione: nam virtus solutio eius plus operatur sine corpore quod cum corpore. Et hoc est quod dicit Auctore in s. c. can. de dispensatione medicinae ventre soluentum quod est necesse in quibusdam complexiis et in quibusdam regionibus ne medicinae corpora ponderentur: sed fortutes eas inveniuntur appositorum medicamentorum extrinsecus: quod proprietas sit ut temperet essentiam membrorum et complexio membris ita ut phisicarum recipere sufficiat effusas ad ipsum membrum et impedimenta sicut facit terra sigillata et filia propter propriae qualitatibus que est in eis aut propter equalitatem sue complexiionis: quare in frigidiatibus illud quod est calidius et calefactus quod est frigidius secundum quod virtus est Galen de oleo rofaz: ut Auctore in s. iij. de operationibus medicinae singulitatem: nam predictum accidens reddit boiem magis deformem et magis in manefesto corporis apparere. Ideo studui in ostendendo causam eius: et sapientes posuerunt causas et remedia eorum in tractatu decorationis: quod propter aduentum ipsorum fit deformitas: et propter tarditatem et retentionem fit decoratio et est etas consistendi quae vocatur ab Auctore etas pulchritudinis. Nam dixi causam unius accidentis senectutis secundum canseier. Num dicendum est de cutis corrugatione et quibusdam alijs accidentibus que quoniam ante tempus quoniam cum ipso boiem inuidere consueverunt. Sed cutis corrugatio fit quam doceatur ex carne extenuata et ita necessario manet cutis vacua: et fit increpatio. Nam Aristoteles in fine libri de animalibus dicit quod fit ex putrefactione humorum: et dicit quod corrugatio que accidens corpori est contrarium glaciem: quia si vapor congelatur fit ex eo glacies et non putrefactus et non erit corrugatio. Et hoc accidens sepe accidit his qui igne utuntur sicut in fabrili arte et fusionibus. Nam virus harum rerum reddit faciem tornatillem et corrugatam: ideo dñe ab igne auertere faciem suam puerum. Sed ea que remouent cutis corrugationem inferius in capitulo de his que induunt eum pulchritudinem puerum et mundificationem et rubedinem dicam. Palliditas autem secundum quosdam est accidens senectutis: et quandoque in iuuentibus accidit ex plegiante superfluo: sed in senibus accidit ex diminutione sanguinis et spiritus.

# De regimine

Et quicq; ex sanguinis infectioe. Et qualis sanguis bonus regnatur infra de his q; incautum curae pulchritudine: et in caplo de his q; paucientius naturali humiditate restaurant inueniuntur spūs multiplicat cū bis q; faciunt gaudia et leticia et cū gñan tibus bonū sanguinē ut in p̄dicto caplo inueniuntur. Diminutio sanguinis fit ex resolutione et diminutione naturalis humiditatis: q; radix naturalis humiditatis est in sanguine cordis principalis: et secario in illo q; est inventus et mēbris: et diminuto sanguine diminuitur spūs: restauratur sanguis cum bis q; naturali humiditatem restatuunt. Et sanguine restaurato spūs p̄ficitur et restauratur. Multitudo muscī laginis excreta purissimæ et limpido oculoq; sunt accedita senectutis: et accidentum ex humiditate accidit et p̄cipue pblematica. Et oritur qñq; illa humiditas ex superfluitate q̄re digōntis: et curat cū rebus purgatiis pblematica et ipm plumbis desiccatis ut infra suo p̄prio caplo inuenietur. Sed p̄prie v3 limpitudini res que natat in mari. s. margarite: et q; vegetatur in aere. s. anthos: excreat putredo. Alat etiā ea q; purgat et apavit pectus: ut dyaris et dyapasiū re. Et muscillaginis v3 purgativa pblematica capitis et stomachi: et qñq; ex superfluitate sanguinis in iuuenib; et adolescentibus accidere p̄suerit. Debilitas anbelitus: insomnietas: ira et inquietas animi: sunt accidentia senectutis. Sed debilitas infirorum anbelitus accidit ex stricura meatiū pulmonis q; fit ex sufficitia nimia: vel qñq; ex nimia humiditate supabū dante: sed huic accidenti subuenientē est cū bis q; p̄cipiunt sapientes in tractatu de egritudinibus q; accidentum: infiris anbelitus. Nā Aut. dicit in eodē tractatu q; crocus by p̄ficiatam p̄ficiat infirā anbelitus. Sed insomnietas: inquietas et accidentia sensibus ex summis melaboliticis ascendentibus ad cerebū et impedientibus infirā sensuum: et ideo p̄cipitur in lib. regiminum q; senes pblematica vñlīca cibaria et acuta vistare debent et p̄fert huic dispositioni dyapapauer et comedere olus lactucarū cum spēbus aromaticis: ut Gal. dicit se fecisse testāte Aut. in caplo de somno. Sed contra inquietationē: et frā: et garrulationē adhuc operatio et actio anime ut gaudium et leticia velut discā in capitulo de his qui induunt cutimē. Et de medicinis conuenientibus bis accidentibus est res que facit in visceribus terre. s. aurū: et que natat in mari. s. margarite: et illa cuius minera est plāta. s. lignū aloes. Debilitas virtutē et virtutē est accidentia senectutis et semī. Sed virtutē debilitas accidit ex humiditate in naturali: et p̄cipue fleumatica mollificante neruos. Et qñq; ex nimia sicciate neruorum per quā neru cōtrabūtur quare debilitatur. Et qñq; accidit ex percussione et cōcussione neruorum ut sepe accidit militib; ludū militis exercitib; nā ex hoc accidenti qñq; amittitur militia et quedā magisteria. Nā multos vidi iuvenes milites quoq; vires erāt debiles suā maliciā amittentes: et ecōuerso: sed vires confortantur cū ex siccitate debilitate puentū cū medicina cuius minera est plāta indica. s. lignum aloes. Et cū fit ex humiditate valet cū fit cibis de medicina quavegetatur. s. anthos. Sed virtutē debilitas accidit qñq; ex superfluo humore: qñq; ex penuria: nam virtutes sunt plures. Una dicitur appetitiua: alia digestiua re. Et q̄uis diversa noia sortitur: tñ vna est. Et hoc est qd dicit Johānes damascenus: virtus siue virtutes varia noia habentes vna eadē substātia est: sed fini diversa officia subiectis mēbris diversis vocabulis nūcupatur. Sed qualiter virtutes cōfortantur et reparantur inferius in capitulo de his que cōfortant virtutes et eas reparant dicam. Lesio instrumentorum sensuum est accidentis sensu qd sepe cōtingit iuuenibus et sensibus: que lesio accidit qñq; in manifestis instrumentis sensu. Sed qñ in manifestis evenit curētur illa lesions finit in p̄prios capitulis illarū lesionū sapientea describitur. Sed lesio instrumentorum oculorum capitulis fit in trībus partibus cerebri in quib; virtus aitalis operat in parte posteriori: medita: et anterior: sique partes appellantur ab Autincena ventres. Sed in parte posteriori fit memoratio de qua loquitur Haly regalis in primo sermone Theorice dicens q; senectus est dominus oblitiosis: sed Seneca in libro senectutis dīs

cit strariū qd si bō exerceat illud instm nō erit minoris memorie. Unū accidit qd ex lōgo exercitio vnius instri ppterias alterius minuit: vt quotidie in inuictoribus et me moxatibus apparet. illā lesio in his vētribus sive instris cerebri accidit qnqz a cā intrinseca: qnqz a cā extrinseca. Sed a cā intrinseca accidit dupl̄ a natura: vt cū bō illā lesionē ab vtero materno extractus et tūc est incurabilis. Ex accidenti fit duob̄ modis ex rebus intrinsecis aduententibus: et quandoch ex humoribus malis facientib⁹ corporis infirmitates: et tunc dī puenire ex pte corporis qui qnqz sunt in loco cerebri: qnqz sunt ex mēbro alio. Et qnqz sit bños dūmō sit malus ledit supradictos vētres et oppilat: et hic humor qnqz gnatur ex malis cibarijs. s. valde melacholticis et pbleg maticis: et qnqz ex indigestione et rebus acutis fumosis: vt sunt acrumina et vñi vñi nosum et nō cōmitemū et filia. Ex his cōs accidit egritudines qd sunt in operatiōne sensuum: sic ppter pdictam cām opatio aie impeditur ppter defecū sui iulstrumenti sicut in fistula pte. Nā ipsa resonat sīm clausiōne et agitatiōne suor̄ foraminū: impediatur etiā opatio aie ex cā extrinseca multis modis sc̄ ex vaporibus fetidis insufficiens corpora et oppillatibus instra sensu inter quos vapores deteriores existunt qd ex inferius et eoz supfluitatibus veniunt et pcpue ex cadaveribus ppter fūlitudines quā bñt cū corporibus humantur sicut semel accidit qd post forte plū qd fūti ethio p̄iaristicā sunt cadavera multa: ex his venit vapor p̄istis etiā ad terrā grecor̄ et ex hoc accidit mortalitas et infirmitas: et in eis qd evaserū remansit obliuio ita qd non recordabātur nōm suū nec filior̄ suor̄: vt Galenus dicit testāt̄ Alii, in tertio cañ. caplo de signis assumptis ex operationibus aitibus: et accidit qnqz ex aere grossō et turbato: et hec est cā quare orientales sunt alijs subtisores ppter defectū vapor. Si eut pte qd bō est subtiloris pscrutationis in sereno tpe qd in nebuloso: nā aer turbatus tristificat aiam et cōmūctet humorē. Sed aer turbatus differt ab aere grossō. Aer est grossus est ille qd in turbatione sive substātie fūlat. Sed turbatus est ille qui partibus misceat grossis. Dux dō reū significatio est qd stelle minute pte appent et resplēdent: sed scintillat et tremunt et eius cā est qd vapores et fumi multi existat et vēt boni pauci: vt Auct. in s. cañ. de operatione qualitatū aerear̄. Et silt accidit hoc impedimentū aliqui ex negligētia mundificatiōis corporis intrinsecus et extrinsecus: nā sordes extrinseca poros oppilat et impedit naturā in expellēdo als: et accidit qnqz ex infirmitatibus hec lesio: et sicut impossibile boiem intrinsum sanū sensum habere. Ergo opz sciā sanitatis pcedere: nā in regali dispōne in primo sermone dī qd sensus et intellectus non erit nisi p sanitatē aie rōnalis: nec sanitas aie rōnalis erit nisi p sanitatē vñitatis et naturalis. Et aristoteles dicit in libro de secreto seceror̄ qd non est via ad aliquā rē sciēdam vel inuestigandam nisi p potentiam clarū intellectus. Sed potentia clarū intellectus non est nisi p sanitatem: et sanitas nō est nisi p equalitatē cōplexionis: et equalitas complexionis non est nisi per temperātiam humor. Et ideo deus excellsus glorioſus ordinauit modum ad temperantiam humor. et conseruantiaz sanitatis que oia reuelauit philosopbis et sanctis ppbetis et quibusdam alijs quos illustrauit spiritu diuine sapientie.

Iam dixi seruōēs cās senectutis et senij et lesionum sensus. Nunc dicam spēcies nocimenti sensus contingentis in operatione cerebri et sunt propter duas causas et cognoscuntur tribus modis. Et nota qd hic accipitur sensus pro imaginatione et discretiā memoria. Et hoc dicit Alii. in tertio cañ. cap. de lesiōibus sensus que verba sic sunt intelligenda: cognoscuntur tribus modis. t. cognoscuntur cum tribus generibus signor̄ que inferius scribuntur. Sed illa signa non sunt signa egritudinum quarūdam que sensum impeditur. s. gemitus sensus et alienationis et stoliditatis et amentie et corruptionis memorie et imaginationis qd pte qd id qd Alii dicit in pdictis egritudinibus: qd ponit alta signa. Sed signa qd ponā hic sunt signa lesionis sensus qd non sunt egritudines: qd uis inter egritudines numeren-

# Deregimine

tem aliud verbum quod dicit quod species nocturne sensus sunt propter duas causas  
quarum una causa sit ex parte aie rationis quoniam corpus infirmatur: et nunc aia infirmatur sicut  
instrumens eius: et sic ledit sensus quod priuatur eo quod ab aia procedere deinde per nocturnum accidens  
instrumens cerebrum: quod donec in hoius sanitatem seruat nocturnum non cadit supra intellectum  
et sensum quem hoc habet naturam intelligens. Etiam causa est quod etiam in sano hoius sepe ac  
cidit nocturnum in sensibus quod nocturnum non accedit ex parte infirmitatis corporis  
tamen sed ex parte tristis instrumorum sensuum capitum qui dicuntur vetores ab Aui. in quos ven  
tres cadit nocturnum ex vaporibus intrinsecis et extrinsecis absque quibus etiam non potest  
imaginari discernere et memorari: et tale nocturnum regnum virtutis epile docet res  
mouere et inducere ad id quod natura ministravit. Sed regnum sanitatis. ut Aui. dixit  
supra docet seruare corpus et regere in eo sanitatem ne in instrumbris capitum cadat noctu  
metum ex parte aie: et ex predictis potest patere vestre clemetie quare antiqui clariorum intellectum  
et glorie vitam quam moderni habent et penitus et abilius ratione: quod non solum corporis sanitatem sed  
tristis instrumorum capitum regnum obseruabit: et insuper forte vtebantur quondam rex proprietati  
bus quas occultauerunt ne ad manus infidelium devenirent et hoc est quod dicit Aristoteles in  
libro de secreto secretorum. Apud potentiam intellectus nihil est difficile et cuncta sunt  
possibilitas in via rationis et in secretis hermogenis testitate Aristoteles. in predicto libro dicente  
quod summa et vera bonitas est claritas intellectus et plenitudo legis: et de hoc dicit se  
nec semina diuina in corporibus humanis dispersa sunt. et sensus et intellectus quod si bo  
nus cultor existit filius originis predictus quod si malus non alia prebeat nisi quasi palustris  
sterilis: et ex predictis potest patere vestre clemetie quod sensus et intellectus quem sublimis  
deus seminat in hoius si non bene colitur. et regnum diminuitur vel amittitur quod inuenit quod vir  
tus inrabilis platis aitib[us] et lapidis dulcitate collata p[er]tinet b[ea]tano. p[ro]prio est occul  
ta ex qua reperitur proprietate claritate ingenii probi sunt adepti. Signa demonstrativa lesio  
nes memoriae sunt quod filii principis abobalii describuntur. Cum enim sensus hois est incolu  
mis et imaginaria forma rei in somno et vigiliis est sana: deinde sunt res et ima  
ginatiores quas videt in vigiliis suis: aut in somno suo ex eis de quibus est possibile  
ipsum ponere et remouere ab eo et cum audit ea et testificatur non remanet apud ipsum: tunc  
lesio illa est in memoria in posteriori parte cerebri. Sed signa lesionis cognitionis. et par  
ties medie cerebri sunt secundum in memoria est impedimentum: sed loquitur ea quod non sunt dicenda  
et timet ab eis a quibus non operari timere et putat esse bonum quod non debet putari bonum et sperat  
quod sperandum non est: et inquit quod inquietum non est: et est potest reseruare ea quae vult  
recordari: unde lesio est in cogitatione in parte media cerebri. Et signa lesionis imaginatio  
nis. et anterioris cerebri sunt hec. Si vero memoria et loquela sunt sicut esse debet non  
tradicunt in his quod agit et non loquitur aliquid prout rectitudini et imaginatio res sensitivae  
les et colligit utiles res et videt singularia medos et ignes et aquas et reliqua medos aut  
debilitate imaginaria formas rei in somno et vigiliis: unde lesio est in imaginacione et in an  
teriori vertute cerebri: et si aggregatur duo ex illis aut tria: unde lesio est in duabus aut tribus  
partibus. et vetribus et quoniam aliquid eorum est declinatum ad diminutionem: tunc erigitudo est ex frigore.  
Et quoniam est declinatum ad mutationem et agitationem: tunc est ex calitate. Et quoniam estimauit  
rum quod declinatio ad diminutionem est propter diminutionem substantiae cerebri et cura hanc  
lesionis collige in tabulis membrorum capitum filii principis abobalii quod fecit in libro de  
sustentatione artis medicinae: et in tabulis quod in fine istius epile declarauit et in tabulis predictis  
rabitis medicinas ad predictum accidens valituras et ille sunt vietene et ledentes sunt vidente.  
Et sciat quod hanc epilam compositionem predictum principalem accidens et scenario per aliis. Et hanc  
incepit ad suationem duorum sapientum. s. i. o. c. et phi. cau. paiz: quod non solum hoc accidens senes et  
seniores inuidere possueunt: sed iuuenies et adolescentes ex defectu regnum et ignoratia  
proprietatis rei quod antiqui occultauerunt. Nam complexissimum primam per hunc epile de scientia  
scientia fuit speculativa. Nunc dicendum est de scientia operativa speculativa.  
De cibis et potibus quod natura alterius b[ea]titudines quod quotidie resoluuntur etuenientur restaurant.

**A**bi et potus qui conuenientius restaurat naturalē humiditatē q̄ quotidie resoluti sunt multi: et precipue eucbimij: et sunt vi fm. Autē carnes pullorū pdicis et fassianoz: et autū paruarū et castratorū q̄ tertiu annū nō trāsierūt et carnes edoz et lactātū vitulorū: et aures: et rostra porcoz: et frumentū ex bona mese collectū. Sed bee restauratio varia iur fm diversitatē cōplexionis: sed fm plurimū sunt eucbimia: et precipue post tēpus cōsistendi: nam quedā eucbimia p̄o uenīunt ex vegetabilibus: quēdā ex viuentib⁹: nulla aut̄ ex mineralibus. Sed filius principis abohaly dicit in p̄bemio sui regiminis: q̄ humiditas illa naturalis que quotidie resoluti: restaurat q̄ regimē rectu restauratiōis fm q̄ titatē possibilem: et hoc regimē sit eucbimis et alijs nutritiōibus: et fm plurimū eucbimia sunt meliora: sed quedā sunt eucbimia que restaurat naturalē humiditatē sincerā quedā sincerio rē et multū lōgīnq̄ā a corruptione. Et tō dixi q̄ inter se differunt: nā eucbimia p̄uenītē ex viuentib⁹ nutritiōis cū bono pastu illa generat humiditatē magis lōgīnq̄ā a corruptione et magis sincerā q̄ alia. Prēterea differunt eucbimia inter se alio mō: nā panis pisces et carnes et vīnu reperiunt q̄nq̄ eucbimia et humores malos gene rātia. Sed panis eucbimus sinceriore generat humiditatē dūmō bñ digerat q̄ car nes eucbimie. Et carnes sinceriore generat et magis lōgīnq̄ā a corruptione q̄ pis ces cōsiderata bonitate vtriusq; et vīnu vīne et sincerore q̄ vīnu auene: vel pōmōz vel aliarū rerūmā lscet in oībus rebus predictis reperiātur cibaria eucbimia tamē vīnu eucbimū generat et restaurat sincerore humiditatē: et magis lōgīnq̄ā a corru ptione q̄ alius vīnu. Sed carnes et vīnu et vitella ouoz sunt magis p̄pīnqua in ge neratione sanguinis q̄ alta: q̄ senes indigēt restauratiōe sanguis et spirituū et sum ma regiminis eoz est illud qđ calefacit et humectat ex nutritiōib⁹ balneis et potib⁹: et somno plisko: et mora multa in lecto: et p̄uocatiōe vīne: et expulsiōe fleumatis: et p̄n cepts abohaly in s. Lān. c. de regimine senum. Sed nutricia debet esse que nec me landholiam nec pblegma ḡiat nec humorē acutum sicut est caro pullorū: pdicū: fa stianoz edoz lacātū vitulorū et ānualis agni et electuaria calida tegata et humidā et quedā res simplices inter quas sunt meliora grana pīnt et fistice. nā ipsa restaurat naturalē hūiditatē et quoddā cōpositum artificialē p̄paratum sepe et in multa qua titate sumptūtē ē zucara rosata de q̄ loquit Aut. c. de p̄bītīt et qđ multe p̄bītīca cuius sepultura p̄parata erat recepit inde sanitatē et humiditatē restorationem. Sed nota q̄ tō dixi q̄ eucbimia fm plurimū restaurat naturalē humiditatē q̄ quo quotidie resoluti p̄pterea q̄ ex eucbimis ḡnantur mali cbimis in stomacho calo pro p̄terea q̄ in eo aliquā aduruntur cibis: vt baly regalis in caplo de regimine cibi et ex cibis ḡnantibus malū cibum ex sui natura boni humores sepe ḡnantur et bona hu miditas si bene digerūtur: qđ digestio est radix ḡnationis bone humiditatē: vt Ga lemus in tegni. Eucbimia vero restaurat naturalē humiditatē q̄ quotidie re soluit: quedā sunt ex viuentib⁹: quedā ex vegetabilibus: sed ex viuentib⁹ melio ra sunt que ex meliori nutritiōe nutritiūt: et illa sincerore ḡnant humiditatē et magis longinqua a corruptione: nā carnes illoz et aliam q̄ de sua natura sunt eucb imia si pastus illoz est malus: cbimū malum ḡhabunt et sic est in piscib⁹ et in ceteris viuentib⁹. Mānidi pullos gallinaceos nutritos ex arillis racemor quoz carnes erāt duriores carni: autūm d. ḡtium in paludiā ad digerēdū et sic est in piscib⁹ ut p̄z in lucio et partica: nā ipsi non nutritiūt velut alijs pisces et adeo meliorē ḡnant cbimū. Et non solū pastus considerandus est in viuentib⁹ q̄ comedunt: sed locus in quo nutritiūt sicut videmus pisces degētes in mala aqua q̄ de sui natura ḡnante malos humores et econuerio. Sed in vegetabilibus. iiiij. considerantur terra: aer distā tia solis genus plantæ. Terra consideratur sicnam plantæ que nascuntur in terra effusa fructus eorum citius putrefiunt q̄ illarum que nascuntur in terra non effusa: et ita est in frumento et ceteris granis sicut patet et ita patet in vīno vīne

# De regimine

terre effumate: quoniam illud citius putreficit quam illud quod ostur in alia terra: unde accidit quod quidam rex libetere bibebat quoddam vini bonae vinee cuiusdam cultoris. Et cum ipse fecerit regem affectare vini suum propter ceteris alijs cogitauit vini bonitatem augere et augmentare: et vineam extercoauit. Et tunc procedente cum rex de illo bibit copio: et illud vini esse deterior saporis: sic bonus gustus est bonus iudicium in cognoscendo nutritiella generat naturalē humiditatē longinqua a corruptione et precipue in piscibus: et ysaac in libro dietariorum tractat de piscibus oscens. Omnis cibus quod sapienter tantum nutritibilis. Sed grana nata in terra non stercorata: non tam cito putreficiunt sicut illa que in terra stercorata nascuntur. Et que sunt magis longinqua a corruptione magis longinqua naturalē generat humiditatē: unde in deuinenti monte in quadam parte regni Francie catus frumentū ibi nascens. viij. vel. viii. annis in granariis illeis coheruerabatur: quod natura terre vnius est altera melior: in generatione nutrientium: et sic omnia nutrita euohimia que diutius coheruerat sincerorē generant naturalē humiditatē et magis longinqua a corruptione quam alia euohimia. Hec videlicet in quibusdam vineis propagatis de eisdem propaginisbus que adiunxit. iiiij. cubits erat propinquique quartū vna producbat vnum valē bis tātum in bonitate eiusdem quantum alta: et hoc propter terrā naturalē accidebat a qua recipit nutrientium. Sicut alba argilla que dicitur marina que meltus generat nutrientium quam terra non naturalis. Mā cibis qui sumunt ex plantis natīs in terra tali meltus generat nutrientium quam cibus natūs ex plantis natīs in terra non naturali. Qd pater: quod magis augmentat bonitatem steriles terre supra quā projectur quam terra mollis vel firmis. Aer consideratur in quo nascuntur vegetabilia ex quibus nutrita capiuntur: quod nutrita proueniēt ex plantis natīs in bono aere sunt magis longinqua a corruptione: quod patet in herbis que ibi nascuntur que majoris sunt virtutis. Et hoc accidit propter vētūm qui currunt ibi magis libere desiccans putredinem plantarū. Unde Aliscena in. ij. L. vii. c. dixit: quod plate nascētes in locis ventosis et motantis fortioris sunt virtutis. Unū videlicet mons tem in partibus romanis cuius aer et plante erant tante bonitatis quod aialta morbo sa quod ibi recipiebat pastum per spacium triplicis sanabantur: vñ aialta que capiuntur in locis montuosis sunt majoris virtutis sicut dicit princeps de rizis in sexto. Distanzia solis concurrit in generatione plantae: nam planta que nascuntur in locis remotis a sole fructus earum non tantum durant: immo citius putreficiunt: et ita generant humiditatem magis propinquam corruptioni. Qd p̄t in vīnīs que nascuntur in quadam parte almanie et quedam parte regni Francie quaz vīna cito corrumperunt si super terram faciant moram precipue in estate. Et hoc accidit quod aqua sacra acida in vite non fuit tota transmutata in vīnum. Et ideo ponit ysaac quod multas proprietates habet vīnum vīnosum mixtū cū bona aqua fontina cū non est sapor extraneus quam vīnum aquosum absq; aqua: quod in vīno aquoso est aqua acida: sed in vīno vīnosō non: quod aciditas recessit propter calorem solis. Et forte decoctio vīni in nouitate sua suppleret hunc defectum. Quoniam accidit quod terra calida velut terra sabulosā tuuat hunc defectū solis: sed non multū. Sed bñ p̄t quod distatia solis multū opatur: quod terre a quib; multū distat sol carent multis genibus plantarū scilicet olivis: ficubus et granatis. Et vīna non permaneunt velut in regione calida que decē amnis aliquā seruantur. Genius plate attēdit in hoc quod quis oīa p̄dicta occurrit et planta sit mali genitū nibil vñ: quod p̄t in quadam genitū racemoz quorum grana sunt pulchriora alijs tamen vīnū quod inde fit breviter reponit conservatur nec est eiusdem bonitatis et saporis in generatione natura lis humiditatis. Et sic ex euohimis bene digestis puentibus ex animalibus et plantis potest restaurari et renouari humiditas naturalis et pinguedo in sensibus velut rusticus carnem bonis sensis innouare consuevit sepissime. Sed quidam sapientes calde dicere voluerunt quod humiditas totius corporis possit transmutari euacuando veterem et regenerando nouam. Et hoc dixerunt posse fieri prius potius purgā-

do humiditatē interiorē cū farmacia; et illā que est in carne et cū sudoribus: qua rū vna regeneratur cū cibis eucōmījs preparatis artificialiter ad cōuerterēdūm qui bus sunt admīta que nō subiacet corruptioni. Et sic humiditatē carnis evacuata per sudore: et interiorē per farmaciā opus est vt regeneretur cū predictis cibarijs et inunctionibus a corruptione lōgīnquis. Et per subtractionē vētris humiditatis p̄s pīque corruptioni subiacēt. et p̄ regenerationē bone humiditatis lōgīnque a corrupzione innouabit homo et eius durabilitas lōgo tēpore permanebit. Et hoc anti qui faciebat: et adhuc quidā sapientes caldet: vt quidā dixerunt scītū facere quoꝝ sapientiā ignoro. Et hoc dicit fuisse factū cūdā captiuo germanico a quisbuldā sapientiābus in arabia: sed Ouidius dicit hoc medeam fecisse cū vno medicamine ex diversis medicīns composito q̄uis illud a quisbuldā fabulose intelligatur: et sic ex his et aliquibus predictis pōt patere vestre clementē cbarissime princeps quare antiqui multū vñebat: qz eoz cibariā generabat humiditatē naturalē longinquam a corruptione et alia causa erat puritas aeris. Tertia cōseruatio regimīns: quar tarsus p̄ p̄ietatū quarūdam rerū que defendunt naturalē humiditatē cito dissolutū quartū cognitio nō peruenit ad grecos. Et sic nunc postq̄ vidimus de cibis et potibus qui naturalem humiditatē que quotidie resoluitur restaurant: videndū est de his que eam defendunt et retardant dissolutū.

**D**e his que naturalem humiditatē defendunt resolutū et restauratā sinerant ne cito resoluantur: et calorem naturalē et humiditatē retinent temperatam.

 Es que naturalē humiditatē defendūt et retardāt dissolutū: et restau rāt humiditatē sinerant sunt tres: quaz vna natat in mari. s. margarita altera facet in viscerib⁹ terre. s. aurū: tercīa invenit in viscerib⁹ aīa loīe vite. s. os de corde cerui. Et nō solū pdicte res naturalē humi ditatē retardāt a dissolutione: sed eā tēperatē naturalē retinet tēpera cū: et ab eoz tēperatā nō immutat: qz donec calor naturalis et humi ditas naturalis est tēperata in boīe: calore naturalis tēperat⁹ et corroboratur: qz sanitas et durabilitas in hijs duob⁹ existit. Et hoc est preceptū qd̄ dicit Aристo. in epistola ad alexandrū. Sed bee res debet sumi electe et preparate: qz in earū preparatione est totū secretū qd̄ sapientes occultauerūt: et sunt spissæ substātē. Ideo sunt terende ad summū. Quia filius principis abobaly dicit in. iij. ē. an. c. de iudicijs quarūdam medicīniā qz oēs medicine spissæ substātē in ultimo sunt terēde. Et p̄prie cū mea intēcio est vt ad finē perueniat elōgationis: et ad quartā transat digestionem vt ad eos et mēbra similiū partū. Sed be predicte res indigēt electione et preparationib⁹ multis: quarūna est bona: alia melior: tercīa optimā. Sed medicina que inuenitur in aīalō vite est cartilago que ultra vñū scrupulū nō p̄derat: que in oīibus fere aīalibus est sanguis: vnde inuenitū fuit vñū de illis aīalibus tēpore nostris: in cuius collo fuit inuenitus circulus aureus inscriptū erat: hoc aīal fuit p̄iectū in hoc nemore tpe Iulij cesarī. H̄ec medicina est. s. et sic. et retardat naturalē humiditatē dissolutū et calorē naturalē: et eius humiditatē retinet tēperatā si cū calidis aromaticis cor dialibus tēpererūt. Sed de illa que natat in mari. s. margarite: quidā dixerunt eam esse frigidā: quidā temperate cōplexionis. vt Isaac filius Salomonis loquī ad ea dicens qz sanguinē p̄prie clarificat cordis et eius grossiciē extenuat: et humiditatē in oīibus coadunata deficcat valet cardiacis et tremori cordis: et timorosis: et suspiciois et colera nigra patētibus. Et dixerūt alii qz valet epīsticis: et facit vomere sanguis nem coagulatum infra corporis et vulnere: vel ex aliqua alta causa si puluis eius su matur in potu. Item dixerūt alii qz si de hac medicina fiat aqua vel aliquo ingenio sit liquefacta curat egritudines prouenientes ex errore quarte digestione si ex ea cuius lauerūt sicut sunt morbe albe. Sed medicina illa que facit in visceribus terre:

## De régimine

scilicet aurū: habet proprietatem humiditatem naturalē a dissolutione retardare: & eā in suā retinere tēperantia: & calorē naturalē tēperatū in sua retinere tēperātia: & diss temperatū ad suā tēperātiā reducit. Et dicit Iſaac in libro de fūſtatione artis medicīne q̄ habet proprietatem subuentiēdī de facto ſtomacho & timorosos et cardia eos cōfortat: & eſt cōtra melācoliam allopiciā atq; iyzā. Et princeps dicit q̄ cōfert dolori cordis et tremori ipſius: et ei qui ſolus loquit ex malitia anime de nocte: nec eſt admirādū ſi hec medicīna que facit in viſceribus terre facit bas operationes: qz filius zacharie dicit q̄ hec res eſt tēperata in primo gradu: et excedit oēm medicīnā in tēperantia: & in ea eſt natura equalis & recta: nec ſubiacet corruptioniſ alicui ele/mentor: & ideo naturalē humiditatē retardat a dissolutione: et nouiter generatā de ſendit ne cito resoluatur. Et quicūq; glſcīt humana corpora cōſeruare in ſanitate que ſubſacent alteratiōni ſex generū cauſarū que mutat necessario: querat bāc rem et nō altam que corruptioni et alteratiōni non ſubiacet: et illa res cōſeruabit corpo/ra in ſanitate. Et Aſto. in libro quē compoſuit ad preces alexandri hoc dicit. Item et ſie defendit a festina alteratiōne: et ſupplet defectū ſer generū cauſarū ſim poſſi/bilitatē mēſuratarū. Que cauſe mutat corpora & cōſeruāt ſim q̄ in predicto capitulo de cauſis ſenectutis declarauit. Et ſim hoc videtur Aſtoreti imposſibile q̄ medi/cina que corruptioni et alteratiōni ſubſacent conſeruent corpora humana in ſanita/te et naturalē humiditatē ne cito diſſoluiant ante tempus: et defendant homi/nes ab accidētibus ſenectutis et ſenij ne ventiant ante tempus: et hoc medici crede/bant facere cum medicīnis aromaticis que ſubſacent corruptioni. Quomodo ergo corruptum poſt reddere incorruptum nonne mibi imposſibile videtur. Et hec me/dicina debet eſſe electa et preparata preparatione bona: & tūc facit operationes bo/nas: et cum eſt preparata preparatione melior: tūc facit operationes nobiles. Et cum preparata preparatione optima: tūc facit operationes ſublimes: et in hoc eſt totum ſecretum. Intellige hoc charifſime princeps et vſus predictarum rerum na/turelē humiditatē: et calorē retinet temperatum: et defendit tam corpus q̄ hu/miditatē naturalē: et calorē a ſua tēperantia immutari a cauſis necessariis male mēſuratis: et ſupplet defectum cauſarum ſim poſſibilitatē mēſuratarum: et forte de bac re fuſt aqua quā bibit ſenex agricultor: in regno ſiciliē: cuius aratri obuiauit vasi pleno aque credens illam eſſe ſimilem aque ciferne propter etiū cla/ritatem cum eſſet afflīctus labore et calore auide eam ſumpſit: et eam totam bibit: & mutatus eſt agricultor: ſenex in equalem complexionem et in etate quadraginta an/norum in apparentia: et factus eſt maioris diſcretionis: et memorie: et intelligēt: et vixit annis. xl. poſt potum in curſa regis ſiciliē: et dicerunt quidā ſapientes q̄ cū predictis medicīnis cordialibus debet admifci crocus & muſtus: nā crocus perdu/cit medicinas ad cor: muſtus cōfortat cor: & ſanat eius tremore et melācolia ex ſolitu/dine: et confortat cerebrum: et letificat anſum: et preſtat audaciam: et debet verge/re ad rubedinem babens formā ſpericā. Poſtq; vidimus de his que naturalē hu/miditatē defendunt a festina resolutione: et nouiter generatā ſincerant: et na/turelē calorē et humiditatē retinent temperatam videndum eſt de his que can/ciem festinant ventre: et quedam alia accidentia ſenij et ſenectutis.

### De cibis et rebus que accidentia ſenectutis et ſenij principaliter festinant ventre.

**B**eaſtſ festinantes caniclem et alia ſenectutis accidentia ſunt beſtructus: pi/ſces: olera humectatā genera lactis triticū in aqua coctum pulces: porus aque pluie multitudi vſus aque dulcis hec predicta canicli festinant: & alia ſenectutis accidētia: coitus plurimus: ſlebothomia plurima: et hoc faciunt per viā diſſolutionis naturalē humiditatē. Hic ebrias ſuglia: mulſio alias euſilio capilloz: & tāgere cū bis que inſrigidat ſicut oleū: ſal: buryū: aqua roſaceaz: aq ſam/

